

DIDASCALIA III.

Periculosus status aegritudinis, confidentia sanitatis.

nivem lapidea, adamantina corda: igitur par erat, urgente caelesti gratia, quod nubes arenium oculorum in fontes tabescerent lachrymarum. Quod Aegyptios obcaebat, in Paulo mirabile erat: siquidem in aqua, quae omnia extinguit, plus ignis va-

Dei gratia, vincitur Pauli protervia.

Et peccatorum duritia.

Plin. Ignis in aqua.

Lucan.

Verba Pauli flamma.

Daniel. 7. 10

Claudian.

A Bominabile remedij genus est sanitatem debere morbo. Cordubens. Stoicus lib. 1. de Ira, cap. 12. Contra accipienda sententia, ut sic praclara: etenim non tantum abominabile, sed sine remedij specie, lethalem morbum debere prevalenti sanitati. Ipse indigitat Epist. 75. Affectus (inquit) sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati: qui frequentes, neglectique fecere morbum: sicut distillatio una, nec adhuc in morem adducta, tussim facit, assidua & vetus phtisim. Ni cautio, animus obnoxius exterminio: igitur ex phtisii morbus lethalis, quae videbatur immolesta talsis. Sumus homines, lutea vasa portantes, obviantes offensionis lapidi, & qualibet occasione: unde si semel non cedunt, semel & iterum hincunt, oriente inopino nocamento, quia franguntur aliquando. Quem lapidem non movit Dalila, larva dzmonis, ut omnino langueret virtus Samsonis? Illa infidiebatur, ille iocabatur; & corruit, quoniam minima non respicit. Non illi tanta, & etiam usque in obitum molestia; si virtus esset occulta: amicit ergo virtutem, quia vanam quaesivit virtutis ostentationem. Si septem nervicis funibus, necdum scitis, & adhuc bumentibus, ligatus fuero (dixit illi per iocum) infirmus ero ut ceteri homines. Haec ostendit, verum iacuit. Ferè hincine virtutis finis, ubi vana virtutis curiositates: equidem virtutis invincibilis lapsus, quod iudicatur à corruente quasi risus. In capillo virtus erat, qua funes ruperat. Capillus quid minimum est in corpore, ceterum constat virtute; ut hostes illico proterantur, atque postea confertentur: minimifque remisissis cadit, qui in tot difficilia sine laesione potuit; ut constaret, magno interesse levitatem, ad refecandam virtutem.

2 In coma pra se fertur peccatum veniale; quoniam vires sicut in Samfione non evulsa, sed suspensa. Dum amittuntur, tunc desiderantur: igitur tunc dolet pectus, cum in losu abdiceretur veluti levis capillus. Vi-res semper in hostes, & hostium consideranda, sed magis unde, ne videatur in animas frages, quam posse vires Samsonis; equidem patent insidiae, quae videbantur illece-

bra:



bra: quin cognoscat qui leviter percutitur, quanta patiatur; quippequam defectu capilli cadit, & pili ducit. Infirmus iacet sicut ceteri homines, qui pridem ruperat validissimos funes, orta lamentatione ex neglecta levitate: igitur victos laqueis vincetus erat, quos nuper ruperat. Vinci non potuit per magna, qui subactus irridetur & illudatur per minima, factus infirmior, cum videretur fortior: siquidem hostes armatos vicisset, ni voluntarie leviter caesus esset. Si timeas laquos, & si te vincula terrent, Terreat & lusus.

Peccatum veniale debilitat vires gratiae.

Oth. Vza.

Venenum est

August.

Et vulnus.

Et morbus.

Anselm.

Cur vitandam.

Caes. 4. 9.

tui. Utrumque nescit, & de utroque dolet; quia non dolet Sponsa, eòd videat vulnera in dilecto, quippe levitia; tuncque magis Sponsum pangit; quippe non dolet, considerans, quod levis tantum oculorum aspectus, minimè vulnus. Magis, est dolere Sponsum de oculorum ictu, dolet de capillo despecto: equidem si in Sponsum iniuria, ex oculorum neglecta custodia; plus dolet, quim illa vulnerat, quod vulnus cordis quasi pili faciat. In uno oculorum vulnus, in uno crinium vulnus cordis, ex oblivione vulneris: equidem cum magis faucit vulneris despectus, quam in vulnus levis ictus; corde dolet, quia despectu magis pupugit: igitur gravior plaga inficitur negligentia, quam ipsa plaga. Pili ducit Sponsa cogitationem volatilem, quasi in iudicium non haberet distractionem, vel ex incauta oculorum curiositate, vel ex levi cordis consideratione: & uti vulnus cordis exponitur, quod ab illa uti capillus negligitur; quia negligentia Christum faucit usque in cor, cum capilli capitis omnes numerari sint. Vulnus est ex oculo vago, & ex capillo hudsonis, vel non studiosè devio: equidem si cogitatio movetur, dum oculus hinc inde vagatur; ne formetur iterum vulnus, vulnus designat Sponsum de oblita custodia luminum, & motu cogitationum. Non despicenda plaga quia levis, maxime in vehementia amoris: minimaque Sponsum uti vulnus designat, ut Sponsa maiora caveat: igitur neglectis capillis, & emissis oculis, vulnus sanè in mortem animae, ex levi vulnere Sponsum. Vide dicta Tautol. 1. D. 2. à n. 3.

Deum pungit, qui de venialibus non dolet.

Et in maiora cadit.

Ecclesi. 5. 9.

Appropinquat inferno

Bernard. Index vite non vitalis in Mynacbis.

3 In Monasterio, ubi minima districtè custodiuntur, ubi rigor Monachorum inviolabilis permanet; ibi pax inter fratres, & in capitulo proclamationes conquiescunt. Ubi verò minimi excessus negliguntur; ibi totus ordo paulatim dissipatur, & destruitur: si ergo de virtute in virtutem vultis ascendere; semper timeate, in singulis minimis Deum offendere. Ita Anselmus Epist. 6. ad Monachos. Sat enim in revocationem à levi peccato, Dei summè diligendi offensio; igitur si amorem dedecet dilectum vel leviter vulnerare; inexcusabilis erit nota illata offensionis, quoniam sic levis. Vulnerasti cor meum foror mea Sponsa, Sponsum queritur. Sed unde vulnus? Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli-

4 Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum, dicit Siracides. En signa peccatorum venialium, sensum animam versus infernum ducentium. His anima non est in inferno, sed appropinquat: equidem cum in mortem culpa venialis disponat; qui non recesserunt à levis, ac venialibus peccatis, appropinquaverunt usque ad portas mortis. Dicit Bernardus. Sanè invenire est (inquit serm. 5. in Ascension. n. 7.) homines pusillanimes & remissos, deficientes sub onere, virgà & calcariibus indigentes, quorum remissa letitia, pusillanimitas tristitia est; quorum brevis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conversatio: quorum obedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine edificatione; quos denique vix gehenna metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coeret. Non tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur? Hi sunt gressus, ubi imperfe-

rum

Etum opus, & ad infernum accessus. Ingre-
ditur, qui vulnerator lethali ter; appropin-
quat, qui leviter: diciturque appropinqua-
tio imperfectionum despectio; quoniam
qui venialia piacula fugit, magis ac magis
ab inferno recedit. Gradatim proceditur,
quo periculum lapsus cognoscatur; & non
tantum levibus umbris, ac venialibus pec-
catis dicitur appropriatio ad infernum, sed
ad infernum deorsum; quippe quia viden-
tur minima, prout anima in maiora, trans-
iens raptione legis ad mortem ex umbra
mortis. *Nemo enim repente ad extremam
improbritatem insilijt. Solet mibi nonnun-
quam (insit Chryostomus in Matth. Hom-
mil. 87.) non tanto studio magna videri pec-
cata esse vitanda, quanto parva & vilia.
Illa enim ut aversentur, ipsa peccati natura
efficit: hac autem hac ipsa re, quia parva
sunt, desides redunt, & dum contemnuntur,
non potest ad expulsionem eorum animus
generose insurgere. Unde citò ex parvis ma-
xima fiunt negligentia nostra: hoc ipsum
corporibus quoque accidere videbis. Apponit
exemplum. Si nimium quidam ac importunè
risit, reprehensus respondet: Nihil esse
id mali. Quid enim est risus? Orta tamen ex
immoderato risu scurrilitas, à scurrilitate
paullisper turpiloquium, à turpiloquio ope-
ratio turpis profecta. Reliqua videris:
igitur gradatim de peccato in peccatum fit
præcipitium in infernum deorsum: pa-
tentque maxima, que despiciebantur mi-
nima.*

Et peccati
minimis ma-
xima.

Chryost.

Olaus Mag.

Quomodo ex
levi negligetia
anima
ruina?

Ovid.

Symbola pec-
cati venialiti
sub tanto pondere
minimè que cecidissent,
si citò sensissent, quantum peccare parassent.
Anima in huiusmodi statu est instar cervi
quem aquila persequitur. Pulverem inijcit in

oculos, ne videat lapsus, & illidatur. Fugien-
tique cervo meditatio confertur; quoniam
ni citius vel levium macularum excutiat
pulverem, pulvere tantum præcepit ibi in
mortem. Quid quod culpa levis, si obce-
cat in necem pulvis? Ex ciphra O, sive cir-
culo, qui nihil signat, quid & quantum
Arithmetica format?
*Addideris unum nibilo, nil inde creatur: Orvca.
Unl addas nihilum, nascitur inde decas.
Quanta pende ex negligentia, ut pendas le-
via peccata, nec addas numeros in disposi-
tionem mortis, quasi levia nullius essent
quantitatis: siquidem sensim anima in vul-
nus grave, atque in mortem disponitur,
ex maculæ negligentia que nihil sibi vi-
detur.*

Orvca.

Apocal. 3. 8

Pana obusa
xia opera im-
perfecta.

6 *Esse vigilans, & confirma cetera qua
moritura erant (dicitur Episcopo Sardis)
non enim invenio opera tua plena coram Deo.
Quia opera non plena, cetera moritura?
Apte, non mortua, sed moritura dicit, ubi
opera bona, verum non plena proponit.
Opera bona & non plena sunt operationes
virtutum cum oscitantia, ut vidimus ex Ber-
nardo, n. 4. Sunt peccata venialia, mortali-
um dispositiva: cetera sunt dona gratia
iustificantis, sine qua anima moritur homi-
nis: & vigilare circa veniales imperfectio-
nes iubetur, ne cetera, que modo viva, mori-
antur; quoniam dispositivè paulatim ten-
dunt in mortem, ni iuxta gratiam acceptam
recepterint plenitudinem. Caveant Mona-
chi desides, videntes comminationes, & di-
strictionem iudicis: equidem si opera im-
perfecta, quorsum opera? Perperam tem-
pore adimplerant status sublimis legem, qui
debet nonnunquam anhulare in perfectio-
nem. Videris vigilanter scabiem venialium,
quanvis te videas in gratia constitutum;
equidem cum gradatim disponant animam
in lethalem culpam; ni vigiles in operibus
studiose vitare venialia, cetera proculdubio
moritura. Vide que diximus Tautolog. 7.
n. 30. de peccato in mortem, & peccato ad
mortem; & modò pende auctoritatem Ioan-
nis. *Est peccatum non ad mortem, & est
peccatum ad mortem. Si peccatum lethale,
non ad mortem est, sed ipsa mors: igitur
sicut mors corporis, dum anima separatur
à carne; ita mors spiritalis, dum anima se-
paratur à Deo. Ergo referendum ad culpam
venialem: qua ergo lege, si ad mortem non
est, erit peccatum ad mortem? Dispositi-
vè. Exactio in adimplerone legum, est
animæ antemurale. Per brevis simulæ ne-
glectus,**

In mortem
anima dispo-
sitiva.

Hostis habet muros.

Virgil.

Ex

Ex se mortem veniale non infert, sed maxi-
mè in mortem confert: igitur ni vigilanter
claudatur introitus, per illum hostis vaser
ingerit lethale vulnus. Quia non ad mor-
tem, abdicit anima scabiem, qua prurit, & si-
mul deficit: equidem cum negligenter (quip-
pe non lethalis) prætermittat, & prætermissa
lethaliter vitæ spiritali noceat; lamenta-
tur infelix omisam sollicitudinem, quia in
mortem videt actum, quod non ad mor-
tem.

Picinell.

Qua mali-
ria?

Pfal. 31. 4.

Spina pecca-
ti venialis
mortis.

Pfal. 18. 13.

cutere, præ nimia malignitate; quippequam
cum occultum prætermittatur, & tunc ve-
nenum formetur; que venialia paulatim in
mortem tendunt aggregatione malorum.
*Emundabor (insit) à delicto maximo. Quo-
modo maximum, si leve crimen occultum?
Ex prava dispositione venialis in mortem
hominis: equidem cum transgrediens mini-
ma, lentè transeat in maiora; qui sprevit
minimum, vitabit delictum maximum.
Non remanebit ungula, dicit Egyptio ty-
ranno Moyses. Nec minimum erit, quo pop-
ulus incautè possit relabi. Ut in patriam
tendat anima, nec levis peccati nota. Non
solum leve peccatum, sed nec vestigium: igit-
ur si aliquid quantavis leve vestigium,
tandem tandem cumulat in peccatum.
Dicit Cordubensis Episc. 85. Non enim di-
minutionem malorum in bono vira intelligo,
sed vacationem. Nulla debent esse, non par-
va: nam si ulla sine, crescent; & interim
impedient: Adijce num, quod ista quan-
tavis exigua sint, in maius excedunt. Nun-
quam permissiva servant modum. Quavis
levis initia morborum, serpunt: & agri
corpora minima interdum mergit accessio.
Dilicite periculum vel ex profano. Tanti
erunt, quanti fiunt: sicutque satis virtu-
te, maligni seminis: siquidem non semi-
nantur, ut cadant, sed ut tempessivè cre-
scent. Radices igitur sunt amaritudinis,
fursum semper germinantes; quippe incre-
mentum accipiunt, ni in principio suffocentur.*

Verf. 14.

Exod. 10. 26
Non cadet
in magna
resurgens
minima.

Senec.

Iob. 31. 1.

Periculum
curiositatis.

9 *Pepigi fedus cum oculis meis (dice-
bat Iobus) ut ne cogitarem quidem de vir-
gine. Fedus huiusmodi aptius pacifici cum
corde; quandoquidem de corde exeunt cogi-
tationes prave: cur ergo ne de virgine cogi-
tet, illam nec videre cupit: imò oculos si-
ne lumine cogitat, ne incautè foeminam in
concupiscentiam videat? An quia de fragi-
litate usquequaque cavendum, quia vel cau-
tione respicit usquequaque? Utique. Ap-
positè sese timer, à se caret, & sibi ne ca-
dat, consult: ne sitique cogitatem & visio-
nem, prænosens fragilitatem; siquidem
omnino difficile vidisse, & non cogitare.
Fedus sit arcè ab anima cum lubricis oculis,
ne illaqueetur cogitationis illecebris:
igitur non erit post oculorum voluntarium
velamen, nec cogitatio quidem. Ni conce-
datur oculorum curiositas, nulla erit cogita-
tionis malignitas: etenim si non est visio,
foeminæ nec cogitatio. Ratio suppetit. Na-
hil potest esse in intellectu, quin prius fuerit
in sensu, & ne de foemina cogites (quam vi-
dere cautus timer). Fedus efformat cum oculis*

lis;

lis; quippe ad illam cogitandam non est species. Ergo in Didascaliz institutum. Cogitare de virgine, omnino peccatum grave: videre incaute, si peccatum, leve. Quomodo simul cogitationis gravitas; & levis; lubrica oculorum curiositas? *Ut cogitationes cordis castè servare potuisset, sedus cum oculis pepigit; ne prius incaute aspiceret, quod postmodum invitit amaret, inquit Gregor. Magn. hic lib. 21. cap. 2. Invitus? Sane. Trahitur animus, postque compellitur usque in venenum prava cogitationis, ex virulento semine curiositatis. Visum sequitur cogitatio, cogitationem suggestio, delectationem consensus, consensus opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas; qua oppressa trahitur anima, è minimis in parva, atque ex parvis in maiora: cum oculisque lobus pepigit sedus, ne in corde altum cogitationis foveret vulnus; quippe invitus de virgine foveret cogitationem; ut in principio suffocasset luminum curiositatem.*

10 Principijs obstandum, quoniam sero paratur medicamentum, dum mala per longas praevalere moras, & instat pravus assueti infatuata fragilitas. *Cogitationes malas cordi suo advenientes (Monachum sic instruit Monachorum Pater Regul. Sanct. cap. 4. instr. 50.) mox ad Christum alidere. Si male cogitationes à fomite carnis; quot instabant, ubi è sensibus species? Expellendae sunt, quia semel admixtae, non possunt facile expelli. Expellendae sunt, & mox: equidem cum in maiora instent, quandiu steterint; urgebunt per speciem levem, exigam; quosque oculos depraderet animam. Expresit Petrus dicens peccator: In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Idem proficendum de deficientibus peccata venialia, quippe sibi videntur in pace; qua amaritudo amarissima. Amaritudo est, ubi sel gustu percipitur: sed amarissima super sel in dulcedine notatur, invenire gustu levissimo mortem, quando non intelligebat vel inesse amaritudinem. Patet clarè in veniali levi macula acerbitas fellis; verum unde obligatio iniquitatis? Homo qui venialia parvipendit, in miseris non subsistet. Semper in maiora graditur, quoniam quasi levia praemittuntur: videturque esse in obligatione iniquitatis, ex minimis, parvis, maioribus, venialibus peccatis, voluntarie commissis; quoniam malicia videtur non posse solvere debita, nisi committat maiora. Vernacule, Pareceat no cumplir con su obligacion, quando no comete mas. Clarius: ex solutione senq*

Greg. Mag.

Catena peccatorum.

S. Benedic.

Expellenda cito species.

A. 8. 23.

Mooentes movent in motum.

suam, & voluptate sensibilibus, praeremittitur custodia cogitationum: ex cogitationibus vagis appetitus in illecebras; ex appetitu consensus in res illicitas, unde mors animae manans paulatim à peccato levi: equidem cum semper urgeat, ac in ampliora inoleat; fuga debet esse à macula levis criminis, ne anima sistat in obligatione iniquitatis.

11 Apud Lacedaemones diversa, singulariaque Numina, quae dedicantur altaria. Sunt autem apud Lacedaemonios non Timori tantum sed Morti etiam, & Risui, & aliis huiusmodi affectibus templa dicata. *Plutarch. in Cleomen. & Ravil. Text. lib. 1. Officin. cap. 10. Notque diximus, Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 15. num. 11. Hi affectus fovendi ab animæ virulentia socordia, ut exaltet negligentia. Una Timor, Mors & Risus, ut caveat, vel valeat animus, constitutus sub fragilitatis pulvere, quo solent etiam corda religiosa: fordescere: equidem dum pra multitudine venialium criminum occasiones gravant, in lapsum lubricè invitant; seu potius insidiantes ante lumina volitant; minime cadet in mortem, qui timeat amplecti veniale crimen: verum patietur interitum, quisquis, quippe crimen leve, cogitaverit ut risum. Prompta ubique mors, timor & risus affectus sunt: est qui paveat, est qui rideat; sed per effectus affectuum cognoscitur influxus: siquidem qui mortem inquit, peccatum veniale non rideat: & qui rideat ut potè venialitatem, invite cadit in mortem; quoniam vinculis virulentæ consuetudinis, sese constituit in obligatione iniquitatis. Paveantius, ut à via iniquitatis revocemur: igitur quicquid ducit ad iniquitatem, ducit ad animæ mortem; quippe si semel malum; bonum non proferet fructum. Nihil coinquinatum intrat in gloriam: ergo amoveamus etiam levem maculam; quoniam allicere non potest puritatis affectus; anima gratia ornata; quae scateat sordibus. Dicamus Sponso qui pacitur inter lilia corda, candore purissima, quod accendit Hermann. Hugo lib. 2. Voc. 6. in Pijis desider. 20: in quo quod & magis dicitur: Cor tibi labe carens, tibi cor sine crimine non in corda est: a subornata, dicitur in Herm. Hug.*

12 Nihil magis quam prudentia Praefidi in regimen consona: nihilque magis prudentiae congruit officio, quam officiosa (nequaquam, quia nequam, ambitiosa) dissimulatio. Quantum simulatio dedecorat, tantum dissimulatio prudentem illustrat: igitur hancine deaurat dignitatis auctoritas, & illam deturpat ignominiosa calliditas. *Simulatio, cuius semel animam imbuerit (inquit N. Vener. Beda, lib. 4. in Luc. cap. 52.) tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit. Nil mirum: siquidem ubi cordis duplicitas, nulla potest esse veritas; & fovet exitium amara vilcera, ubi prudentia fucata: quandoquidem patet ira sub tuto, quae videbatur insignis dissimulatio: & cum exitus demonstrant quaeque latent; claret principis laesi, & cordis faucis fatuitas, quo consilij apparebat summa dexteritas. Indue dissimilem animo tuo vultum: & si potes, proice omnem ex toto dolorem: sin minimis, introrsus abde, & contine, inquit Seneca ad Polyb. cap. 24. causamque adducit lib. 3. de Ira, cap. 1. subdens: Nulla itaque res urget magis attenta, & in vires suas prona: & sine successu, superba: sine frustratur, insana. Non prudens in regimen, qui fovet intus dolorem: igitur dum magis sapit, magis pra dolore desipit. Instruit vafre ultionem, quoniam habet potestatem. Si voto potitur, simulatio incidit superba: si frustratur, adeo vagatur insana; ut adversus legem requirat tenorem legis in expressionem doloris. Succinit Iacobus Boissard. Emblem. 35. Nulla est instituta pestis capitalior illis, Larvata apparent qui pietate boni. Quò plura intulerint incautis damna nocentes, Inde illi laudes plus meruisse volunt.*

Plutarch.

Mori, Timor, Risus simul ab Etnici culta.

Non moritur qui veniale timeat, sed qui negligit.

Pl. 116. 29.

Cor tibi labe carens, tibi cor sine crimine non in corda est: a subornata, dicitur in Herm. Hug.

Herm. Hug.

DI:

DIDASCALIA IV.

Praefidis simulatio indigna, dissimulatio decora.

1 Nihil magis quam prudentia Praefidi in regimen consona: nihilque magis prudentiae congruit officio, quam officiosa (nequaquam, quia nequam, ambitiosa) dissimulatio. Quantum simulatio dedecorat, tantum dissimulatio prudentem illustrat: igitur hancine deaurat dignitatis auctoritas, & illam deturpat ignominiosa calliditas. *Simulatio, cuius semel animam imbuerit (inquit N. Vener. Beda, lib. 4. in Luc. cap. 52.) tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit. Nil mirum: siquidem ubi cordis duplicitas, nulla potest esse veritas; & fovet exitium amara vilcera, ubi prudentia fucata: quandoquidem patet ira sub tuto, quae videbatur insignis dissimulatio: & cum exitus demonstrant quaeque latent; claret principis laesi, & cordis faucis fatuitas, quo consilij apparebat summa dexteritas. Indue dissimilem animo tuo vultum: & si potes, proice omnem ex toto dolorem: sin minimis, introrsus abde, & contine, inquit Seneca ad Polyb. cap. 24. causamque adducit lib. 3. de Ira, cap. 1. subdens: Nulla itaque res urget magis attenta, & in vires suas prona: & sine successu, superba: sine frustratur, insana. Non prudens in regimen, qui fovet intus dolorem: igitur dum magis sapit, magis pra dolore desipit. Instruit vafre ultionem, quoniam habet potestatem. Si voto potitur, simulatio incidit superba: si frustratur, adeo vagatur insana; ut adversus legem requirat tenorem legis in expressionem doloris. Succinit Iacobus Boissard. Emblem. 35. Nulla est instituta pestis capitalior illis, Larvata apparent qui pietate boni. Quò plura intulerint incautis damna nocentes, Inde illi laudes plus meruisse volunt.*

Simulatio turpis.

Vener. Bed.

Senec. Mater eius & nutrix, ira.

Cur ira superba vel insana?

Boissard.

Psal. 16. 13.

micorum? Quippe pessimi pro lege abutuntur potestate: igitur quò non potest rationis impulsus pervenit gladius. Excundum est & decorè, quoniam exitus pracludatur à iure: equidem auctoritas potestatis est ultima ratio Praefidis. Fovetur horum audacia ex subditorum venerabili obedientia, sub cuius titulo iubent, quia iubent, & tantum quae sibi placent. En embolium religionis larvarum: equidem si subditi obediunt, obedientia infantiunt: sin autem, ita superbiunt; ut indicent crimen, Domini adimplere legem: igitur totum malignitatis incertum, ut abutantur patientia subditorum. Ex his claret in textum. Potestas in manu Praefidis est framea, seu gladius Domini praecipuum: sed tantum iuxta lubitum, educit gladium, Est gladius Dei, ubi inferitur poena culpae: est in manu inimici, ubi fingitur culpa, ut inferatur poena: petique gladium Dei tolli à manu inimici Dei: quoniam Deus magis offenditur, dum gladius sicine educitur: etenim percussit reverenter subditum quippe habet gladium. Si Dei amicus haberet, quae illicita, castigaret: ubi inimicus habet, quaeque plebit. Non plebit, quia non habet, facta; sed facta: & cum gladius Dei sit, habet inimicus Dei: quoniam arte maligna comminicens Deum legem, gladio Domini tendit in propriam ultionem.

Malignitas Praefidi abuti patientia subditorum.

2 Scrutemur abdita. Tolerabilis quidem gladius Dei, si iustu Dei educeretur gladius, quippe tunc correctio sollicitatur, & non vulnus. Si esset proprius gladius, tunc cognosceretur inimicus; sed celatur specie potestatis venerabili, ut vagetur vindicta sine obice; illeque lubitè, legis titulo faciat, idem ipsum quod lex vetat: unde cum ad expellendam opprobrium, in iudice Domini queramus gladium; causa caret defensionis, quia gladius Dei est in manu ultoris & inimici. Educat ergo frameam, quisquis accepit offensam. Utatur potestate, qui potens lege, ut possit iuxta legem facere ultionem; minime iuxta prolium, Domini educere gladium: gladiusque Dei ductus ab inimico, etiam formidatur à sancto: quoniam insana omnino mens peccatoris, ubi vitij habet effugium velamine sanctitatis. Si gladius Dei, adest obedientia prompta; si gladius proprius, subditorum iniuria: timendusque Dei gladius, dum Dei habet inimicus; quia hoc ipso quod gladium habet, & nemo (quippe Dei gladius) restat; vel contra tenorem legum, abutitur in delirij obedientia subditorum. Nil rectum geritur, si ab inimicis Domini gladius Do-

Effugium iniquitatis velamine sanctitatis.

XXXX

mi:

mini teneatur: equidem cum illi cogitent gladium & non Dominum; potestatem & non legem; optat David gladium divina credita potestatis, illicd eripi à furiosis: modo protinus non compefcatur auctoritas; etiam in innocentes emittent lanceas. Qui non inimici Domini, gladium eius habent in Dei inimicos. Qui peccatores, duntaxat in innocentes: & cum propter transgressionis inimicitias, liceat educere frameas, impijque abutantur potestate, quo fiunt inimici Domini gladius potestatis subtrahendus ab illis: siquidem ictus sine vulneris gravis, quoddam faucij innocentes sunt, & qui lauciant, palam inimici Dei. Fere à Domino impiorum inhibetur auctoritas, ne extendant iusti ad iniquitates manus suas; quia labitur virtus innocentium, si super illorum sortem regnat virga peccatorum: igitur potestatis fit despectus, modo extra legem educatur gladius: & ubi ita potestas sine potestate digladiatur; saepe contra innocentes gladius educitur: profectò nihil in regimine rectum, si gladius Dei in manibus peccatorum: siquidem usquequaque evaginatur non potestate rationis, sed ratione potestatis.

Habetur gladius in subditum voluntati.

Malum ubi sine potestate rationis, sed ratione potestatis.

Virga vertitur in gladium.

Hay.

4. Uterius. Gladius Dei, ut iustorum lancinetur cor, est in manu inimicorum Dei. In hocse inimicos iure debet evaginari gladius; & reflectitur acies duntaxat in innocentes, accipientes cordolum, unde ius erat invenire refugium: igitur summa amaritudo cordis, quod penes legis transgressores specie legis, ster virga directionis. Ex voce elucet, qua rabies pectus in regimine fervet: gladiusque in manibus inimicorum dicitur, dum virga in regimen traditur; quippe Dei inimici vertigine pravaram affectionum, virgam convertunt in gladium. Per cuncta fecant potestate inflati: animamque eripi exoptat David ab huiusmodi furore; quoniam cum vindicari privati non possint, & potestate valent (gladio facto ex directionis virga, qua fovetur insolentia) ubi occasiones occurrunt, usque ad animam transfodiunt. Alij pro Animam, Honorem legunt. Non satis auctoritati nisi aliorum dedecore; & hinc inimici Domini: igitur quin respiciant subditorum dignitatem, proferunt avidè honorem. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum. Explorat, non invenit; verum simulat, quousque gladius Dei sit in manu inimici Dei: tuncque pervia ianua furoris, quippe defenditur gladio atque seuto potestatis: unde cum sine potestate impunes, ambiunt laudes, quo nocentes.

5. Saulus adhuc spirans minarum & cedit in discipulos Domini, ut securam haberet iniusta perfectione potestatem, adije Sacerdotum Principem. Quæ non adoriatur in discipulos Domini qui in perfectione placet principi? Totam pectoris virulentiam vomere bilem, qui scit nullam iudicii redditurum rationem. Non sine causa de cælo Christus occurrit Saulo; igitur huiusmodi furor tantum potestati tolli à cælo. Pro officio habebat iustorum perfectionem, quoniam usurpaverat à principe potestatem: illoque in articulo non potestas, sed furor; quippe Principis favore tutus minister inferior: quandoquidem ille simularet eadem, ut ministrum defenderet inferiorem. Saulus adhuc spirans minarum. Perpende Adhuc: minime quievit, vel dum lapidavit Stephanum, qui pro illo rogavit, & vel læsus benefecit. Sat officium in offensionem furenti; igitur officium, in benefactorem lapides mittere. Spirans minarum. En exercitium, imò vita furentium ministrorum: equidem si ex spiratione vitalitas, vita illorum spirare minas. Spirans eadem in eos, qui erant in eius potestate, ait Andreas Cretens. Sermon de Baptista. Respiciebat potestatem, nequaquam an iuxta vel contra legem: & ut caderent sub Sauli furore, sat quoddam essent sub eius potestate. Spirans minarum. Minæ in nocentium, quæ ex primebat animum; & dum nocendo insanit, spirat; quoniam malignus minime vivit, ni noceat.

Act. 9.1.

Concordia Prefecti improborum.

Andr. Cret.

Etsi non aliqua nocuisses, mortuus es. Accinit Virgilius, Ecl. 3. v. 15. Hinc ira potestate superba, & potestate attonita: equidem cum multandos ignorasset; vadit, si quos invenisset. Si particula conditionalis est. Cadent utique, si discipuli Domini. Furenti non sufficit, nisi biem extenderit: spiratque Saulus minas, ubi Principis delegatur auctoritas; quippe non tantum in discipulos rabies, sed in quos invenisset adhaerentes. Ita succensus Saulus, & ita Praefes furiosus, qui ultionem in corde tener, quousque minas spirare possit, adulatione Principis; ingenio simulationis: igitur sepe pelivit quem conceperat dolorem, donec acceptit à Principe plenissimam potestatem, ut titulo falso legis, frangeret tutò tota repagula iuris.

Virgil.

Verf. 22.

Quo ostenditur furiosus Praefes

6. Contere brachium peccatoris & maligni, dicit Domino Psalmographus. Brachium, id est, potestatem. Vide Lotinum. Quare à potestate peccator non arcedat; sed peccator, qui malignus? Dicam: querit laudes, unde nocens. Qui peccator, fran-

Pfal. 9. 15.

fran-

Quo maligni?

Ibid.

Cuncta illius delicta deaurata.

Tacit.

Delator odibilis, sed iniquus.

Unde malignitas praestigiarum?

Dant. Dolus ornatus iustitia.

frangit legem, verum timet: qui malignus, non timet frangere legem, quoniam habet potestatem: hicque & quamprimum contemendus, ut à cunctis tanquam transgressor sit agnitus: siquidem solummodo querit regimen, ut celet malignitatem. Dicit qui Praefidem timet, & peccatorem proponit. Quæretur peccatum illius, & non invenitur. Peccatum est, sed nullo modo invenietur: igitur ita malignitate & embolij deauratur; ut vel nefandum peccatum ostendatur Dei obsequium. Sine potestate non facilis de legis fractione exitus felix, quippe semper pavet nocens. In numeris culmine, malignitatis concinnatur arte: siquidem dū obijcitur crimen, Principis gratia monstrat adimplet legem. Pectus gravior nulla, quam iustitia larvata: hinc brachia maligni peccatoris conterenda: igitur quantumvis pateat delictum, brachij malignitatis totum in vanum. Causa & effectus demonstrantur à Tacito Annal. 4. cap. 36. Fontius (inquit) absolvitur, comperto scita in eum crimina per Vivium Severum: neque tamen id Severo noxa fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat: nam ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat. Delationes fidei criminibus arte malignitatis, sunt brachia insidiantis peccatoris; quæ quidem toto nisu conterenda, ne iuguletur iustitia: equidem dum ambitio pungit; & delationibus in fastidium ascendit; non proficiet ingenium malignantium, vel publicum odium.

7. Sequitur malignitas artem perspectiva, incredibili interdum simulatione. Saepe obijcitur oculis vario colore, & proximis umbris, distinguentibus tabulam lineis, diversa positione diversis: igitur hinc ibi videtur pulcherrima virgo, illinc trucidentissimus draco. Si elucet, quo pacto in maligno peccatum queritur, & nequaquam invenitur: siquidem diverso colore, pictrice malignitate, positura discretà, mentis formà, ita fallit oculos dirigentes intuitus; ut videant virginem legem, non dabitantes latitare draconem. Quis crederet fraudem doli posse indui cultu iustitiae? Ita pictom, quia in cordibus saepe factum. Vide Vincent. Chartar. in Fortuna imag. fol. 314. Unde Dantes Algerius succinit:

Est illi vultus mollis, faciesque benigna, Iustitiam redolet: sanctus venerabile mores; Sed partes, quas illa negat proferre sub auris, Horrendæ visu.

Non est iustitia, sed imago iustitia, ita ut facies surripatur à fraude, deceptrice ocu-

lorum ascititjs coloribus, quibus subdole trahitur docile pectus. Tot nodis ovopu contungitur, atque colores Idem. Tot sparsim fusos oculis monstrat. Vel in fraude placet iustitia decor; sed displicet, quod iustitia duntaxat color & calor. Arridet imago colorata, non nuda, ob formidabiles umbras, quas illa negat proferre sub auris. Qualis namque malignitatis in simulatione tarpitudo, ubi horrida vel imago? Dicant oculi, quæis satis semel vidisse: igitur illis vel culta iustitia ornata, etiam horribilis visu. Quare, curiosus inquireret; potissimè, si iustitiam redoleret? Quoniam redolet iustitiam, sicut amplioremsalaciam. Iustitia pingitur evaginato gladio: dolus iustitiae momus, iustitiae culta. Hinc perversi cordis malignitas, & pectoris vafri in regimine pravitas: siquidem molimimibus, techais, & astutia elucet dolus, qui videtur à fatuis splendens iustitiae gladius.

Et gladius

Virgil.

O pueri, fugite hinc: latet anguis in herba. Procedamus igitur ex hocce puteo scelerum, sentina abominationum, in claras prudentie dotes, quæ decori in regimine Praefides. Iure ergo Cosmas Medicus Regule N. Legislatoris tenorem asserbat sufficere in Reipublica regimen. Ita enim cap. 2. monet Praefidem SS. Patriarcha: Omnibus se conformet & aptet; ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiantur, verumetiam in augmentatione boni gregis gaudeat. Metu & spe reguntur praeciare homines: indulgentiae aliquando augmentum gregis: detrimentaque infert nulla inter subditos & Superiores conformitas; quippequam semper nocet nimia severitas. Nequid nimis: siquidem, ut ait Plinius lib. 28. Epist. 22. Qui vitia omnia odit, homines odit. Aliquid indulgendum, ut floreat aliquid. Interdum eo coactò & invito (inquit Plutarch. de Pericle in eius vit.) utilitati publica consulebat, medicorum consuetudinem imitatus, qui in varijs ac diuturnis morbis interdum voluptates quasdam cautas, interdum secationes, & medicamenta ad salutem adhibent. Interdum meditanter dicit; quoniam omnia tempus habent, magnaue pars regimini, servire temporis.

S. Benedic.

Noct nimia severitas.

Plin.

Prudentia servire temporis. Plutarch.

9. Quæ vires invincibiles Samsonis! Magnæ sanè, sed aliquando dissimulavit vires. Si septem nervicis funibus, necdum scitis, & adhuc humentibus ligatus suero (dixit insidiarici) infirmus ero, ut ceteri homines. Valebat & ad plura, cuius virtus maxima, etiam abscondita: verum prudentem

Iudic. 16. 7.

disimulat fraudes, quasi non haberet vires. Iudex enim erat invictus, cunctis superior; & ludens dicit, qua arte possit fieri infirmior. Respondet subditorum inimicorum conamini, in infirmitatis allusione: igitur semper fragillum insidiantium molimen, videre quomodo possint infirmare Superiorem. *Si ligatus fuero (infit) novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero.* Samson cum vulpe vulpinat: illa cum subditis insidias parabat: ille cuncta cognoscens ludebat, lactans fiduciam ad illorum infanias: equidem nulla Superiori maior voluptas; quam viribus in opportunitatem reservatis, lactare subditos insidiatores. Illos morbosos pungebat virtutis inflecta acerbitas: samson ministrabat voluptates quaedam cautas; ut dum esset opus, ostenderetur virtus. Si semper ostentaret; grex, fordida turba, paveret. Superior imprudens ad subditorum pavorem: interdum debet esse in voluptatem, dissimulatione virium, in faciliorem observantiam legum: equidem quanvis Superior potestate valeat; Superiore decorat, in prudens muneris regimen, dissimulare aliquando potestatem.

10 Innuat Dominus. Ut orbem regant, mittit in orbem discipulos; & praecepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Ita refert Marcus: verum aliter Matthaeus: *Neque virgam, ait. Plura diximus Tom. 2. T. 11. D. 4. a num. 11.* modò duntaxat dubium in Didascalie propositum. Virga est regiminis nota: qua igitur arte & tollenda virga & non tollenda? Aliqui imprudentes, virga potestatis insigni sunt audaces: & virga & non virga signatur, ut expeditio cauta prouidentem consideretur: equidem procedet per viam erroris, qui in virga duntaxat nictur potestatis. Hinc qui pro stabilitate baculus, dicitur in Scriptura *Baculus arundineus.* Ita, flectitur, si non confringitur. *Super quem si incubuerit homo, comminatus ingreditur manus eius & perforabit eam.* Perpropterea, ut constat, quid studium imprudentiae, dum oritur cerebri lasi infatuatio, ex virga, siue debili vili baculo arundineo: igitur uti futillis onere protinus frangitur, & fracto manus infigitur. Vigilanter vernacule: *Por no mirar en que estriva; quando se quiebra, se clava.* Virga igitur habenda est, & non habenda à Superiore virga: igitur si hæc deseruit in plagam insidionem, & in subditorum regimen; virga habenda, ut regat, verum non habenda, ut tundat; quippequam traditur, ut defectus emendet, non ut subdi-

Pesimi subditi signa.

Verf. 12.

Aliquando à Præfate dissimulanda potestas.

Marc. 6. 8.

Matth. 10.

Dignus, qui dotibus, & non muneribus.

4. Reg. 18. 21.

Cur tantum munitur facti?

tos bacillet. Hispan. *Para corregir los Subditos, no todo lo ha de llevar à palos.* Denique. Subditi considerandi sunt homines, ipsa conditione fragiles. Si virga semper ad oculum & ad manum; regimen protectò rigidum. Si non haberet, virtus Superioris infirmatur, & quasi sine viribus illuditur: unde cum interdum indulgendum, & interdum castigandum; ita dissimulare vel virgam habenti congruit, quasi virgam non haberet: siquidem demonstrat prudentiae moderationem, Superiorem aliquando obliuisci potestatem.

11 Aliquando, ut emineat in Superiore discretio; ne subditi indulgentia insolentant, & nimia auferitute trepidi paveant: siquidem prudentiae & iustitiae iniuria, ubi nil licet, vel omnia.

Omnia tempus habent, habet & sua tempora tempus.

Cuncta nec ulcisci, nec simulare decet. Solorz. Floridè canit Solorzanus Emblem. 43. Senecaque lib. 1. de Ira cap. 16. *Nonnunquam (inquit) magna scelera leuius, quam minora compefctet; si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt: hic inest latens & operata & inueterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo afficit: si alter per negligentiam admisit, alter curauit, ut nocens esset.* Iuxta regulas prudentiae Praefidis laudantur, vel focii sunt regiminis expeditiones: opportunitas observetur, ut tractus rerum placidatur: etenim aliquando oportet multari leuia, interdum tamen deglutire grauia. Esurietat Petrus, & cibus de caelo missus: sed qualis? horror est oculis. *Omnia quadrupedia* (quadrupedia & omnia!) *& serpentina terre, & volatilia caeli:* voxque ad illum, quasi grata palato: *Eia Petre, indulge genio: Occide & manduca.* Verf. 13. O Deus! Calor nimius in huiusmodi cibum necessarius. Hinc Superiores capacis debent esse & magnanimi pectoris: dialecto nostrà, *Hombres de esomago:* instar aquilarum debent decoquere toxicum: instar struthionum debent absumere ferrum. Minimè congruunt fastidia ad tot & tanta venena.

12 Vidit Petrus & expavit. *Abfit Domine,* dixit: Regimen inchoabat, necdum expertus erat: quippequam non diu onas regiminis presic, qui ad huiusmodi tipulas timeret & paver. Natiua lingua vidit: *Tie-fidi inx-ne pocas experiencias, el que se espanta de perti-estas sabandijas.* *Abfit Domine:* nequicquam. Occidenda, & manducanda? Nequaquam, quantuinvis subdita: non Superioris Deum timentis insigne, subditos occi-

Interdum indulgendum, interdum castigandum.

Solorz.

Senec.

Exercitia Superioris prudentis.

AA. 10. 11.

Verf. 13.

Verf. 14.

Signa Præfatis inextinguenda.

cidere, & devorare. *Abfit* utique: sed quare? *In linteò* (ait Cyrillus Alexandrin. lib. 9. contr. Iulian.) *erant reptilia quasi in charta depicta vel impressa.* Quo stomacho vera venena Petrus decoquere poterat, qui aspicere vel picta, in subditis reuebat?

Omne genus retinens volucrem, pecudumque ferarum,

Arator. *Reptillumque: simul mortalibus ista cohabent*

Ex meritis, vitijque suis.

Modulatur hic Arator lib. 1. v. 905. Tot crimina nec representatione videnda. Abfit omnino. Qui in coniugibus venialitatem non tulit, mortalia feret? Sane, egregie illud gestum iuxta regulas prudentiae, ut illis esset culpæ venialis supplicium, & alijs in formidinis exemplum: verum modò, ubi reptilia & serpentina, occide citò & manduca: equidem iuxta regiminis congruas opportunitates, ut ut occurreret devorandi sunt serpentes. Tempus adest, quo pro constitutione temporis excolendus etiam culex: tempus etiam opportunius, quo deglutirentur camelus: & dum Ananias & Sapphira ob levitatem moriuntur, quæ virulenta, servantur; quippe sunt tractus, quibus severe castigetur venialia; & etiam tractus, quos deglutenda fallidiosa venena. Nostro idiomate quasi per proverbium: *En ocasiones precisas, tragar sapos, y culebras.*

13 Hic prudens dissimulationis magnitudo; sed debet esse dissimulationis dissimulatio: igitur in regimen, ut canit Ovid. 2. de Art. v. 313. *Si latet ars, prodest: affert deprebensa pudorem.*

Atque admittit meritò tempus in omne fidem.

Dissimulatio dissimulatio.

Dexteritate utendum est; ut, quin designetur pravitas, pravum convertatur cor. Cavent enim serpentes à captatoribus, quia presentiant omnino tollendum virus: aspidesque surdæ ægerimè ferunt, illis sobtrahi, quo nutriuntur: etiam labitur lubrica occasio opportunis, modò à virulentis præcognoscatur sagacitas.

14 Cadere debebant muri Iericho, ut ingrederetur gens sancta, atque populus electus: etenim improbi, si in sceleribus murati semel perfidant, adhuc perfident, nisi à caelo conterantur. *Misit Iosue* (dicitur) *duos exploratores in abscondito.* Misit ergo exploratores, ut considerarent civium mores, & civitatis vires. Sibi Princeps

Cyroll.

Arator.

Cap. 5. 5.

Aliquando respicienda venialia, & ali quando voranda venena.

Ovid.

Dissimulatio dissimulatio.

Iosue 2. 1.

caute consolit, & sese præclarissime gerit: siquidem commendabilis prudentia Principis, intendentes præfere subditorum mores. Exploratores misit, sed in abscondito. Cur igitur, si urbs capienda, hos præmit in occulto? Ut turò caperentur hostes, quorum cognita vires. Si palàm mitteret, non ille, sed urbs cognosceret: abestque à Ducis dexteritate facilis expeditio totius momenti: meditantemque sit exploratio in abscondito; quoniam omnino nulla, si exploratur exploratio. *Misit Iosue exploratores à Iosue sub simulatione stultitia,* subdit hic Dionys. Carufian. Praefidi summa dexteritas, quandiu sic intenderit in infanias falsas: lucrum enim consilium, & non in vanum. Rutilat prudentia, ubi dissimulatio simulata. Non percellit curiositate hostium pectus, qui apparet stultus; equidem per vitam emotam mentem, vel cordi vigili non ingerit suspicionem: unde cum in explorationem hostium, Superiore oportet ostendi tanquam stultum; illa exploratorum stultitia fuit Ducis magna prudentia: igitur quod palàm non valeret viribus vigilantiae, actutum nactus simulatione stultitia.

15 Aliquando insanire, incundum est, inquit Stoicus cap. ult. de Tranquill. animi. Quo intuitu Alcibiades, ut referunt Erasmi & Plutarch. in Apophtheg. & etiam in eius vita, *Cami, quem habebat mirabili specie septem millibus drachmarum comparatum, caudam truncavit. Ut hoc de me, inquit, loquantur Athenienses, nec in alio sint curiosi.* Ille sanè curiosus: equidem per stultitiam novit subditorum animos. Vidi Matrici, quasi ludibria aula, binos fratres, plus mentis, quam panis inopes, contententes crebro, uter in fatuitate magis morio. Qui audiebant, ridebant, & in pugna de mentis possessione concitabant. Aprè Seneca pro huiusmodi articulo Epist. 50. *Siquando fatuo delectari volo, non est mihi longè querendus: me rideo.* Contigit aliquando, ut alteruter interrogaretur de victoria stultitiae, & sese profiteretur sapienterem fratrem. Causa exploratur, & illicò dicitur: *Fateor* (inquit) *me fatuum, sed fratre habeo cerebrum sanius; quippe nescit fieri stultus.* Apophthegma planè insigne, in commendationem Superioris prudentiae, ut cuncta in correctionem cognoscat, & in licem exitum dexterè ducat: siquidem prudentia summum fastigium, scire se fieri dissimulatione fatuum. De marito queritur mente superiori prædita (quippe stultitia mo-

Cautio cautè fiat.

Dion. Carth.

Pfal. 39. 5.

Senec.

Plutarch.

Stulti sapientissima sententia.

Seneca

molesta, potissime si continua) prudens
3. Reg. 25. Abigail, dicens: *Stultus est, & stultitia*
25. *est cum eo.* Stultus verè, cum quo iacet
stultitia: sapiens verò cum quo stultitia lar-
va. Specie enim fatuitatis, apprimè cognos-
cuntur subditorum mores. Si non appare-
ret quasi sopita ratio, è somno excitaretur
suspicio: unde quanvis Præses stultus vage-
tur, non stultitia, sed prudentia comitatur;
quoniam attingit ardua summa prudentia,
simulatione sapientissima stultitia. Præsi-
dis cauti dexteritas, huiusmodi æstimabilis

fatuitas: etenim simulata dissimulatione,
Proximus ille Deo, qui seit ratione tacere.
Alia, quippe ulterius procedebamus, sunt
avulsa, nè plus iusto cresceret voluminis
corpus: icirco in Didascaliarum distribu-
tione, respectu reliquarum quasi macule
Tautologia XI. & XIII. quarum argumen-
ta prætermisimus, alibi aptanda. Cuncta
ergo cedere cordi est, satagoque in Dei
plausum, à quo bona cuncta procedunt.
Sic ergo benedictus in sæcula: nosque gra-
tè illustret, & gloria. Amen.

Maasian.

FINIS TOMI QUARTI.



TE

TESTIMONIA EXCERPTA E REGULA

SANCTI PATRIS NOSTRI BENEDICTI

Prolog. *Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur,*
quisquis abrenunciatis proprijs voluntatibus,
Domino Christo vero Regi militaturus, obedi-
entie fortissima, atque præclara arma assu-
mis. T. 5. D. 6. n. 10. *Exurgamus ergo tandem*
aliquando. T. 5. D. 5. n. 11. *Hora est iam nos*
de somno surgere. T. 5. D. 5. n. 14. *Ecce pieta-*
te sua demonstrat nobis Dominus viam vite.
T. 5. D. 1. n. 14. *Idè nobis propter emendatio-*
nem malorum, huius dies vite ad inducias re-
laxantur, dicente Apostolo: An nescis, quia
patientia Dei ad penitentiam te adducit: Nam
pius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris,
sed ut convertatur, & vivat. T. 5. D. 6. n. 14.
T. 9. D. 4. n. 3. T. 12. E. n. 31. *Constituenda*
est ergo à nobis Domini scibola servitij: in qua
institutione nihil asperum, nihilque grave nos
constituros speramus. T. 5. D. 2. n. 20.

Cap. 1. *In plumbi natura molliet, adhuc operibus*
servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsu-
ram noscuntur. T. 1. E. n. 31. T. 5. D. 6. n. 1.
Pro lege eis est desideriorum voluptas. T. 1.
D. 4. n. 1. *Cum quicquid putaverint, vel ele-*
gerint, hoc dicunt sanctum: & quod nolue-
rint, putant non licere. T. 2. E. n. 9. T. 5. D. 6.
n. 4. *Cænobitarum fortissimum genus.* T. 1.
D. 3. n. 1.

Cap. 2. *Non ab eo persona in Monasterio discer-*
natur: non unus plus ametur, quam alius; nisi
quem in bonis actibus aut obedientia invenerit
melioem. T. 6. D. 6. n. 2. *Sub uno Domino*
aqualem servitutis militiam habulam. T. 13.
D. 3. n. 5. *Una præbeatur omnibus secundum*
merita disciplina. T. 6. D. 5. n. 19. *In doctrina*
namque sua Abbas Apostolicam debet illam
semper formam servare, in qua dicit: Argue,
obscra, increpa. T. 12. D. 3. n. 4. *Miscens*
temporibus tempora, terroribus blandimenta,
diram magistri, pium patris ostendat affectum.
Ibid. & T. 7. D. 4. n. 15. T. 12. E. n. 14. *Id*
est, indisciplinatos & inquietos debet aurius
arguere: obedientes autem & mites & patien-
tes, ut in melius proficiant, obsecrare: negli-
gentes autem, & contemnentis, ut increpes &
corripiat, admonemus. T. 7. D. 4. n. 14. *Im-*
probos autem, & auros corde, ac superbos,
vel inobedientes, verberum, vel corporis ca-
sigatione in ipso initio peccati coercet, sciens
scriptum: Stultus verbis non corrigitur. T. 1.
D. 5. n. 3. T. 7. D. 4. n. 1. *Sciatque quam diffi-*
cilem & arduam rem suscepit, regere animas,
& multorum servare moribus. T. 1. D. 4. n. 11.
T. 9. E. n. 8. *Et alium quidem blandimentis,*

alium verò increpationibus, alium suasionibus:
& secundum uniuscuiusque qualitatem, vel
intelligentiam ita se omnibus conformet, &
apet. T. 13. D. 4. n. 8. *Ante omnia, ne disti-*
mulans aut parvipendens salutem animarum
sibi commissarum. T. 3. D. 4. n. 5. *Et quantum*
sub cura sus fratrum se scierit habere num-
rum; agnoscat pro certo, quia in die iudicij
ipsarum omnium animarum redditurus est Do-
mino rationem. T. 7. D. 3. n. 2. *Sine dubio ad-*
dità & sue anime. Ibid. *Cum de alienis rati-*
cinis cavet, redditur de suis sollicitus: & cum
de admonitionibus suis emendationem alijs sub-
ministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.
T. 1. E. n. 11.

Cap. 4. *Instrum. 20. A sæculi actibus se facere alie-*
num. T. 1. E. 3. & T. 2. D. 4. n. 2. *Instrum. 21.*
Nihil amori Christi præponere. Ibid. *Instrum.*
25. *Pacem falsam non dare.* T. 4. D. 6. n. 15.
Instrum. 30. Iniuriam non facere, sed & fa-
ctam patienter sufferre. T. 5. D. 2. n. 17. *In-*
strum. 48. Actus vite sue omni hora custodire.
T. 5. D. 2. n. 17. *Instrum. 50. Cogitationes ma-*
las cordi suo advenientes mox ad Christum al-
lidere. T. 13. D. 3. n. 10. *Instrum. 57. Ma la*
sua præterita cum lacrymis vel gemitu quoti-
diè in oratione Deo confiteri. Ibid.

Cap. 5. *Primus humilitatis gradus est obedientia*
sine mora. T. 2. D. 3. n. 4. *Hæc convenit his,*
qui nihil sibi Christo obvius aliquid existi-
mant, propter servitium sanctum. num. 8. *Ac*
si divinitus imperetur, moram pati nesciunt.
Ibid. *Vicino obedientia pede.* Ibid. *Et velati*
uno momento. Ibid. *Non suo arbitrio viden-*
tes, vel desiderijs suis & voluptatibus obedi-
entes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio.
T. 2. D. 2. n. 1. *Verùm etiam in corde si mur-*
muraverit, etsi impleat iustitiam; tamen ac-
ceptum iam non erit Deo, qui cor respicit mur-
murantis: & pro tali factio nullam consequi-
tur gratiam, imò pœnam. T. 2. D. 3. n. 6.
& 8.

Cap. 7. *Grad. 1. Voluntatem verò propriam ita*
facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis:
Et à voluntatibus tuis avertere. Et iterùm ro-
gamus Deum in oratione, ut fiat illius volun-
tas in nobis. *Docemur ergo meritò non facere*
nostram voluntatem, cum cavemus illud quod
dicit sancta Scriptura: Sunt viae que viden-
tur hominibus rectæ, quarum finis usque
ad profundum inferni demergit. T. 3. D. 6.
n. 10. *Ne nos declinantes in malum, & inutiles*
factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcendo

nobis in hoc tempore (quia pius est, & expectat nos converti in melius) dicat nobis in futuro: Hec fecisti & tacui. T. 7. D. 2. n. 7. Grad. 3. Omni obedientia se subdat maiori. T. 2. D. 2. n. 1. Grad. 4. Falsos fratres. T. 8. D. 4. n. 10. Grad. 8. Si nihil agat Monachus, nisi quod communis Monasterij regula & maiorum cohortantur exempla. T. 8. D. 5. n. 9. Grad. 12. Desixit in terram aspectibus. T. 1. D. 2. n. 1. Ibid. Absque ullo labore, velut naturaliter ex consuetudine. T. 2. D. 3. num. 8. T. 6. D. 5. num. 16.

Cap. 13. Oratio Dominica dicatur à Priore propter scandalorum spinas, quæ oriri solent in Monasterio: ut conventi per ipsius orationis sponsonem, qua dicunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; purgent se ab huiusmodi vitio. T. 12. E. n. 14.

Cap. 19. Ergo consideremus qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum eius esse. T. 4. D. 5. n. 20.

Cap. 24. Secundum modum culpæ, excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura: qui culpam modis in Abbatis pendeat iudicio. T. 9. D. 1. n. 9.

Cap. 25. Traditum huiusmodi hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit. T. 1. D. 5. num. 11.

Cap. 27. Omni sollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres; quia non est opus sanis medicis, sed malè habentibus: & ideo uti debet omni modo ut sapiens medicus. T. 12. D. 3. n. 10. Ibid. Noverit se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem. T. 6. D. 5. n. 13.

Cap. 28. Quod si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam utatur Abbas ferro absissionis. T. 7. D. 4. n. 1.

Cap. 39. Cocta duo pulmentaria propter diversorum infirmitates; ut qui ex uno non poterit edere, ex alio resciat. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant. T. 11. D. 3. n. 16.

Cap. 46. Qui sciunt, curare sua, & aliena vulnera non detegere. T. 12. D. 2. n. 9.

Cap. 49. Licet omni tempore vita Monachi Quadragesima debeat observationem habere. T. 11. D. 3. n. 1. Ibid. Orationi cum fetibus, lectio & compunctioni cordis, atque abstinentia operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensum servitatis nostræ: orationes peculiare, ciborum & potus abstinentiam, ut unusquisque supra mensuram sibi indicatam, aliquid de propria voluntate cum gaudio Sancti Spiritus offerat Deo, id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, &c. T. 11. D. 3. n. 13. & 14.

Cap. 53. Divitum terror ipse sibi exigit honorem. T. 8. E. n. 8.

Cap. 63. Ordines suos in Monasterio conservent. T. 6. D. 6. n. 4. Ibid. Abbas non conturbet gregem sibi commissum, nec quasi liberat utens potestate iniuste disponat aliquid. T. 6. D. 5. n. 15. Ibid. Cogitet semper, quia de omnibus iudicis & operibus suis redditurus est Deo rationem. T. 6. D. 6. n. 4.

Cap. 64. Prohibeat pravorum prævalere consensum &c. T. 3. D. 5. n. 2. Ibid. Oderit vitia, diligat fratres. T. 12. D. 2. n. 4. Ibid. In ipsa autem correptione prudenter agat. T. 12. D. 3. n. 10. Ibid. Et ne quid nimis, ne dum nimis cupit eradere aruginem, frangatur vas. T. 13. D. 4. n. 8. Ibid. Suamque fragilitatem semper suspectus sit: meminereque, calamum quassatum non conterendum. T. 12. D. 2. n. 4. Ibid. In quibus non dicimus, ut permittat nutrire vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire. T. 12. D. 3. n. 5. Ibid. Non sit turbulentus & anxius; non sit nimis, & obstinatus, non zelotypus & nimis suspiciosus, quia nunquam requiescet. In ipsis imperijs suis sit providus, & consideratus, sive secundum Deum, sive secundum saculum sint. T. 6. D. 5. n. 15.

Cap. 68. Si cui fratri aliqua forte gravia, aut impossibilia iniungantur; suscipiat quidem iubentis imperium. T. 2. D. 2. n. 8. Ibid. Sciatur iunior ita sibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei, obediat. Ibid.

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, ET QUÆSTIONUM literalium, quæ excitantur hoc Tomo Quarto.

T. Indicat Tautologiam: E. Literæ expositionem: D. Didascaliam: N. Numerum marginalem.

Genesis.

Cap. 1. v. 26. **F**aciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Cuius? T. 13. D. 2. n. 8. si etiam ad similitudinem, quomodo v. 27. duntaxat dicitur Ad imaginem & ibid.

V. 27. Creavit Deus hominem. Quomodo creavit, si è limo produxit? n. 5.

Ibid. ad imaginem. An miraculum, & quomodo hæc hominis productio? n. 7.

V. 31. Vidit Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona. & factum est vespere & mane dies sextus. Quomodo cunctorum eximia perfectio, si eadem die cecidit homo? T. 9. D. 3. n. 4.

Cap. 2. v. 7. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terre. Cur dicitur Igitur, & Dominus Deus in huiusmodi hominis formatione? T. 13. D. 2. n. 4. Quo pacto formavit, si creavit? n. 5.

V. 9. Lignum etiam vite in medio paradisi; lignumque scientiæ boni & mali. Quomodo in medio paradisi utrumque? T. 11. D. 2. n. 8. Quo sensu lignum mali & boni? T. 9. D. 2. n. 17. An mali, vel boni saporis? T. 11. D. 2. n. 9. Cur unica arbor? ibid.

V. 16. Ex omni ligno paradisi comede. Cur Adamum iussit Dominus comedere? n. 4.

V. 17. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Quare comedere concedit, & comedere inibitet? n. 6. & 7. Cur ex tor lignis unum duntaxat prohibuit? n. 9.

Cap. 3. v. 5. Eritis sicut Biji. An tunc caperet idololatris? T. 3. E. n. 5. Quomodo clarè demon fecerit? T. 11. D. 2. n. 7.

Ibid. Scientes bonum & malum. Quomodo simul? T. 10. D. 5. n. 2.

V. 7. Cumque cognovissent se esse nudos, conserunt folia ficus & fecerunt sibi perizonata. Cur uterque folia ex noxio ligno non removet, sed perizonata consulit? T. 3. D. 2. n. 14. Cur Deus, dum induit eos, perizonata rapit? T. 9. D. 4. n. 5.

V. 13. Serpens deceptit me. Cur dolens queritur de deceptione; dum luo dolere de transgressione præcepti? T. 10. D. 4. n. 4.

V. 21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pellicæ & induit eos. Cur addit à Deo tunica, si fecerunt sibi perizonata? T. 9. D. 4. n. 6. Cur induit, si iam induit? n. 5. & 11. Quid & quorsum ly Quæque? n. 7.

V. 24. Eiecitque Adam, quia serpens ingressus. Quando homo regressus, & serpens expulsi? T. 4. D. 3. n. 5.

Ibid. Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium. Cur non Seraphim? T. 9. D. 1. n. 13. Cur Cherubim cum gladio, & quorsum gladius, si non conceditur usus? ibid.

Cap. 4. v. 14. Omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Unde cognovit, & quorsum ly Igitur. T. 7. D. 2. n. 9.

V. 15. Possitque Dominus Cain signum. Quare sine signo ab obvio interficiendus? ibid.

Cap. 7. v. 17. Eleo averent arcam in sabine à terra. Ad quid si à terra, in sublimes? T. 6. E. n. 7.

Cap. 15. v. 2. Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis. Cur sine liberis nihil arbitrat omnia? T. 8. D. 5. n. 21.

V. 5. Numenta stellæ, si poterit: sic erit semen tuum. Quomodo si in Isaac vocatur semen patris; unicus conseretur innumerebilibus stellis? ibid.

Cap. 16. v. 14. Putem viventis & videntis me. Cur hæc Deus plauditur vivus & videns? T. 4. E. n. 39.

Cap. 19. v. 17. Noli respicere post tergum. Quid, si fugit, quod post tergum respexit? T. 9. D. 2. n. 2.

Cap. 22. v. 1. Tentavit Deus Abraham. An tentaverit, vel glorificaverit? T. 5. D. 5. n. 7. & 9. Quo sensu Deus dicitur tentare? T. 5. E. n. 8. & 9.

V. 13. Arietem assumens, obtulit holocaustum pro filio. An pro Isaac, vel pro Ioseph? T. 7. D. 6. n. 12.

Cap. 27. v. 27. Sicut odor agri pleni. Quid ager plenus in odorem? T. 4. D. 5. n. 11.

V. 45. Cur utroque orbabor filio in uno die? Quomodo utroque orba, si remaneat in interfecore vitæ? T. 9. D. 6. n. 14.

Cap. 28. v. 17. Hic non est aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Quomodo cæli porta, si tantum scala vitæ? T. 9. D. 5. n. 9.

Cap. 19. v. 5. Quid est, quod facere voluisti? Cur queritur? T. 10. D. 3. n. 3.

Cap. 31. v. 19. Rachel furata est idola patris sui. Quæ idola, & an loquaciæ? T. 3. E. n. 17. Cur tantum furata idola? T. 12. D. 3. n. 9. Quo sensu cor furata patris? 8.

V. 42. Timor Isaac. Quidam Deus vocetur timor? T. 8. E. n. 8.

Cap. 32. v. 24. Ecce vir luctabat cum eo. Si Angelus hominem amat, ut quid cum homine pugnat? T. 5. D. 3. n. 13.

V. 25. Tetigit nervum femoris eius. Quare, quem eximè diligebat, percussit? ibid.

V. 26. Dimitte me. Quo intuitu percussio adversario, dimitti obsecrat à percusso? T. 13. D. 1. n. 15.

Cap. 35. v. 2. Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt. Cur dicuntur alieni? T. 5. D. 6. n. 2. Quorsum dicitur In medio vestri? n. 11. Cur si alieni, abijciendi? n. 4.

Ibid. Et mundamini. Unde quibat constare munditia interna? n. 10.

V. 4. Ille infodit ea. Quare non conterit, sed idola se pellet? n. 3.

V. 5. Cumque profecti essent, terror Dei, &c. Cur tunc post abiectionem simulachra profecti? ibid. Quid sit terror Dei? T. 10. E. n. 19.

Cap. 43. v. 14. Quasi orbatus sine liberis ero. Quid ly quasi? T. 9. D. 6. n. 13. Cur orbatus, si cunctos habebat vivos & salvos? ibid.